



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiæ Avtoritate, & de ueterum scriptis Libellus**

**Melanchthon, Philipp**

**Vitebergae, 1550**

**VD16 M 3084**

De Origine.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35753**

## PHILIP. MELANTH.

runt. Quare non sunt sine delectu omnia P̄d̄  
trum scripta probanda, & saepe ipsi inter se se  
pugnant, nec raro est dissentire aliquem à sc̄  
ipso. Quare iudicium esse debet penes Aposto-  
licam scripturam. Sed subijcio exempla.

## De Origene.

Origenes citans Apostolorum & veterum Origenes  
Ecclesiasticorum exempla & sententias, est testis  
utilis posteritati de aliquot articulis, De Trini-  
tate, De duabus naturis in Christo, De baptismo  
infantium, De peccato originali, De usu Cœnæ  
Domini, & de alijs quibusdam.

Cæterum miscuit suis scriptis multas falsas & absurdas sententias, quarum aliquas etiam  
ipsius ætas improbavit. Fingit ante hunc mun-  
dum suisse plures mundos, Fingit diabolorum  
& damnatorum poenas cessaturas esse. Hæc  
ipsius ætas etiam reprehendit.

Errores  
Origenis.

In Rom. tractans hanc propositionem, Fide  
iustificamur, non ex operibus, intelligit eam  
κατὰ οὐνεὶδος λόγῳ, fide sumus iusti, id est,  
perfecta fide complectente omnes uirtutes, Idqz  
declarat

## DE ECCLESIA.

declarat, dicit idem posse dici de cæteris virtutibus. Misericordia sumus iusti, scilicet perfecta, complectente cæteras uirtutes. Hoc nihil aliud est dicere, quam homines propter opera & propter uirtutes suas habere remissionem peccatorum, & iustos esse, Cumq; non attendant, quid agat Paulus, quid uocet fidem, quid sibi uelit illa exclusua, Non ex operibus, addit narrationes confusas & perplexas, nec sibi constat.

Interdum enim effundit aliquod tolerabile dictum, sed id postea mox corrumpit, quale illud est Rom. 4. Initium iustificationis à Deo est fides, quæ credit in iustificantem, & hæc fides, cum iustificata fuerit, tanquam radix imbuta suscepit, hæret in animæ solo, ut cum per legem Dei excoli ceperit, surgant in eo rami, qui fructus operum ferant, Non ergo ex operibus radix iusticiæ, sed ex radice fructus operū crescit, illa scilicet radice iusticiæ, qua Deus acceptam fert iusticiam sine operibus.

In 5. Cap. Vbi est gloriatio tua? Viderit iam propior esse Paulinæ sententia, admittit  
exclusa

PHILIP. MELANTH.

exclusuam, homines sola fide iustificari, & alle-  
gat Latronem in cruce, & Mulierem apud Lu-  
cam, Fides tua saluam te fecit. Sed postea decla-  
rans illa, uidetur hoc uelle, hominem initio con-  
sequi remissionem peccatorum sola fide, Postea  
iustum esse cæteris uirtutibus, sicut ipse postea  
inquit: Fides reputatur adiusticiam ei, qui con-  
uertitur, sed postea iusticia reputatur ad iusti-  
ciam. Porro mira uarietas & perplexitas est  
enarrationis, etiam si largitur hominem initio so-  
la fide cōsequi remissionem peccatorum, tamen  
si postea imaginatur conuersos sine peccato  
esse propter cæteras uirtutes, dissentit à Paulo  
& à reliquis scripturis diuinis, iuxta illud: Non  
iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.  
Item: Si dixerimus, q̄ peccatum non habeamus  
&c.

In Cap. 7. clare dicit, Sanctos representare  
alienam personam, cum sibi tribuunt peccatum,  
ut apud Danielem: Non in iustificationibus nos-  
stris, sed in misericordia tua exaudies nos. Ta-  
les sententias corrumpit, & docet fiduciam pro-  
priæ iusticiæ, uel desperationem. Cap. 3. inquit:  
Sine lege manifestata est iusticia Dei, id est, si-  
ne lege

## DE ECCLESIA.

ne lege naturali sunt traditæ nouæ leges Euæ  
licæ, ut illæ: Nesciat dextra quid faciat simbra,  
Hæc, inquit, lex erat ante ignota. Item: Lex  
est spiritualis, intelligit tantum de allegoria, id  
est, cæmoniæ habent allegoriam, & sæpe in  
commodo spiritum intelligit, non de spiritu  
sancti motibus, sed tantum de interpretatione  
uel cogitatione allegorica.

Cap. 8. Qued erat impossibile legi, quia  
infirmabatur per carnem, Transfert carnem  
ad legem, Carolegis erat infirma, id est, cære-  
moniæ erant impossibiles, inutiles &c. At Pa-  
lus carnem intelligit naturam hominis, Lex in-  
firmabatur per carnem, id est, non poterat fio-  
ri ab humana natura. Hi loci ostendunt Orige-  
nem currere extra viam, nec attendere quid  
agat Paulus.

Possem multa leuis colligere, ut cum Pe-  
trum ait excellere cæteris, quia ei dicitur nume-  
ro plurali: Erit solutum in cœlis, Ad totum co-  
tum Apostolorum dicitur numero singulari:  
Erit solutum in cœlo. Sed hæc futilia omitto.  
Cæterum cruditis & iudicium adhibentibus  
prodix